



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1634

33. Dinarchus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

minentem declinare nubem, quam rapido tor-
rente abripi.

Dinarchus.

CAPVT XXXIII.

Superioribus aetate iunior Dinarchus cha-
racterem habet orationis ciuilem, perspicu-
um, probabilem, & in eo quidem spiritus ve-
hemens, & asper in sensibus, atque methodo:
in dictione minus habet vehementiae, & graui-
tatis. Videtur tamen se ad Demosthenis dictio-
nem informare: quanquam inflatus est, & magis
fulus, ex quo illi non inurbane nonnulli κρι-
δινον Δημοσθένη, *Hordearium Demosthenem*
nominarunt. Extant eius tres orationes in Ar-
ristogitonē, Philoclem & Demosthenem, quē
Ieroponius vehementer accusat, sed ut alius An-
tipater, est κελουμένος, clamans ex calamo, neq;
eum ista pronuntiavit, sed scripsit, cum vnam
tantum causulam egisse reperiatur. In perora-
tione κατὰ Δημοσθένη exemplum affert Arthe-
mij Zelitæ, qui publica infamia notatus fue-
rit, quod autum a Medis accepisset, hoc ipsum
habet Demosthenes. Vterque pro virili ampli-
ficat, sed quam Demosthenes in eo sit grauior,
cuius licet agnoscere.

Hermog.
σεολ. 1. 129
Aster Dio-
nyf Halicar-
nassius in
Dinarcho.
δι' αὐτοῦ γὰρ
τὸ τοῦ κρι-
δινον ἴσως
Δημοσθένη
ἔφησαν εἶναι
κατὰ τὸ ἐ-
λαπίς τῆς
ὀνομασίας.

Demades.

CAPVT XXXIV.

Inter veteres quoque, & Atticos oratores
numeratur Demades, qui primus, ut arbi-
tror, ex natura factus est orator, ex quo & nau-
ticos sales in forum transtulit, ut notat Cicero
in Oratore. Ex Atticis nō omnes faceti, Lyfias
satis, & Hyperides, Demades præter ceteros
fertur. A Suida πανεργος, & ὑπονεῖς dicitur,
quod Atheniensium tempus. Philippo magna
mercede proderet. At in oratione περι δωδε-
καετίας satis grauiiter se excusans, ait, τὸ περι-
μάχητον & θαυμαζόμενον ὑπὸ πάντων αὐτοῦ,
βοῶν & προβάτων ὡσπερ ἑπαυλῆς, & τ βοτ-
κημάτων ἐπακρέετο, λαχθείς ζούδα μόνον ἢ ἐλ-
πίς. ἔγραφα γὰρ ἐν ἡλίῳ, ὁμολογῶ & φημί,
καλῶς & συμφερότως πεπραχέναι τῆτο.
Κρεῖττον γὰρ ἐπερχόμενον ἐκκλίνας τὸ νέφος,
ἢ φερόμενον σωμα πεινοχθῆναι τῷ ρεύματι.
Quod vltimum etiam acutum. Satius esse im-

Xenophon.

CAPVT XXXV.

Xenophontem verò, quis satis laudarit, nisi
Xenophontis musam in ore habuerit? Fuit
hic corpore speciosus, mente sublimis, animo
generosus, magnus bellator, præstans historio-
cus, suavis orator, non ignaua opera Philoso-
phus. De quo præclare Eunapius: *Ξενοφῶν ὁ*
*φιλόσοφος ἀνὴρ μὲν ὁ κομίσας τὰ μὲν ἐν λό-
γοις, ἐστὶ τε καὶ ἐν γράμμασι καὶ ἠδὲ καὶ ἀρε-
τῶν γράφει τὰ ἴσα πρῶτον ἔτι καὶ ἀριστος, ἀλλὰ
καὶ ἐγένετο σπατηγὸς τοῖς ὑπομνήμασιν.* Xe-
nophon philosophus, qui vir solus ex omni
philosophorum numero, cum scriptis, tum fa-
ctis sapientiæ studium expressit, moralem vir-
tutem libris, commentarijsque consignauit. I-
dem in rebus gerendis facile præstantissimus
dux, præeundo exemplis Duces, & Imperato-
res genuit. Talis igitur in rebus. In stylo mel-
le dulcior est, à forensi strepitu remotissimus,
ut qui minus vehemens sit, & illum imperum
oratoris non habeat. A Diony. Halicarnass. iu-
dicatur κατὰ τοὺς νόμους, σαφὴς καὶ ἐν ἀρ-
γῆ, καὶ τὴν σύνθεσιν ἠδύς, καὶ εὐχαρίε pu-
rus in delectu verborum, idemque clarus, &
perspicuus, in compositione graciosus, & sua-
nis supra ipsum Herodorum: itaque vulgo e-
ius ore loqui musæ dicebantur, quin & ipse
musā Atticā nominatus est. Certe eius iucun-
ditas est in affectata, sed quam nulla affectatio
consequi possit, ut ipsæ sermonem gratiæ fini-
xisse videantur. Vnum reprehenditur à Dio-
nyfio, quod aliquando decori oblitus, barbaris
philosophicis sermones tribuat, sed hoc ex fa-
ctu Græco dixit Criticus, quasi solos Græcos
philosophia deceat, & non apud Quintū Cur-
tium melius aliquando philosophentur Scy-
thæ, quam Græcorum quilibet, aut apud Plu-
tarchum in Apophr. Persarum Reges magna ο-
ρατορίας dignitate, & sapientia non sint excu-
ti. Deest illi in historia splendor, maiestas, & ταχέως εἶναι
suavis conformatio Herodoti, quam, & si ali-
quando excitare contendit, elocutionem pau-
lulum inspirans, de repente quasi altanus
ventus languescit, & extin-
guitur.

Xenophon-
tu dotes.
Eunap in
Sophistu
initio lib.

ὡσπερ ἀπο-
γυῖς αὐρα-
τι.
Hac
idem Hal-
carnass in
epistola ad
Cn. Pompe-
ium.

